




BIBLIOTECA NAZIONALE
VITTORIO EMANUELE
6
1 C
25







מלאכת הדיקדוק

**INSTITVTIONES GRAMMATI-
cæ in Hebræam linguam FR. Sebaſtia-
ni Munſteri Minoritæ, Ingelnheimen-
ſis, in quibus quid per ordinem tra-
ctetur, ſequens indicabit pagella.**







Opus eſt recens, atq; chartatim emen-
datum ab ipſo autore in officina Fro-
beniana. ANNO M D. XXIIII.

Hoc in uolumine hæc inſunt:

De lectione, numeratione, coniugatione, declinatione & conſtructione.
De abbreuiationibus quibus Hebræi utuntur in ſua lingua.
De triplicis accentus ratione apud Hebræos, grãmatici, rhetorici & muſici.
De compoſitione metrorum ſiue carminum Hebræorum.
De lingua uernacula Hebraicis ſcribenda characteribus.
Appendix R. Moſche Kimhi de ſacræ Bibliæ ſcriptoribus.
His annectitur Ionas propheta, Græce, Latine, Hebraice & Chaldaice.



FR. SEBASTIANVS MVNSTE-
RVS MINORITA HEBRAI-
cæ linguæ candidatis S. D.



NOn me fugit esse quosdam, qui nullis præceptionibus, sed sola lectiõe instrumẽti ueteris opus esse putent, ad comparandam Hebraicæ linguæ peritiam. Verum ab his longe lateq; dissentio. Nam quemadmodum is certius faciliusque ad destinatum locum peruenit, cui fuerit iter ante demonstratum, sic minori labore linguam discet is, qui breuibus regulis prius fuerit institutus. Subscribit huic nostræ sẽtẽtiæ Rabi quidã, cuius meminit doctiss. pater Caspar Ammoniꝰ in sua grãmatica, his uersibꝰ:



אֲשֶׁר לָמַד וְתוֹרָה לוֹ לְקִנְיָן
וְלֹא לָמַד יְסוֹד דִּיקְדּוּק וְלֹא בָן
כְּמוֹ חוֹרֵשׁ אֲשֶׁר יִנְהַג שְׁוָרִים
וְיָדָיו מִבְּלִי מַלְמַד וְדָרְבָן

Quorum interpretatio hæc eſt:
Qui ſtuduit, & legem ſibi acquiſiuit.
Nec ſtuduit fundamentum grammaticæ, nec intelligit.
Eſt ſicut arator uolens minare boues.
Et manus eius ſũt ſine ſtimulo & uirga.

Neq; uero unq̃ mihi placuere prolixa grammaticorum commentaria, etiam apud Latinos, tantum abeſt ut hic ſuperſtitioſam præceptionum annotationem ſim probaturus. In primis placent ueteres, quorum quiſq; ut eſt uetuſtior, ita breuior etiam eſt & lucidior: cuius generis apud Latinos Donatus & Diomedes extãt: apud Hebræos Rabbi Dauid Kimhi, & german⁹ ſuus Rabbi Moſche Kimhi Hiſpani. Eorum ego ſequu-

ſequutus exemplum, uolumen inſtitu-
tionum Hebraicarum pro meo captu
collegi: plurimum hic (id quod ingenue
fateor) aliorum etiam adiutus ſcriptis,
præcipue Rabbinorum Dauid & Mo-
ſche, quorũ modo memini, & cuiuſdã
innominati grammatici, cuius Dikduc
ſic incipit, שַׁעַר חֲמוֹתָג quam tamen
quidam Rabbi Dauid Kimhi adſcri-
bũt. Fuit proinde & alia Hebræa gram-
matica ad manum, quam uocant Ta-
bulam coniugationum, cuius initiũ eſt
וְעַתָּה אַתְחִיל Autor eius ignoratur.
Nec defuerunt recentiores, nempe Io-
hannes Reuchlinus, primus ſacræ He-
bræ linguæ inter Latinos propaga-
tor, Chuonradus Pellicanus in Hebrai-
cis literis fideliſſimus meus præceptor:
ac eximius pater Caſpar Ammonius,
cuius שֻׁלְחָן חֲרִי ingens grammaticæ
opus, mihi quoq; in officina Frobenia-

 na,

na,cum meũ ſub prelo cuderetur,obla-
tum,uix curſim & perfunctorie legere li
cuit.Profuit tamen,ut ſuis quibuſq; in-
dicabo locis. Non erat autem animus
id operis ædere,niſi huc me adegiſſent,
cum ſtudioſi quidam Hebraicarum li-
terarum, tum in primis Hieronymus
Frobenius,quem ad propagandas He-
braicas literas non lucrum, uerum eius
linguæ ſingularis quidã amor inſtigat.
Ineptus enim uere ſim, ſi meas nugas
meapte ſponte in medium proferam,
hoc præcipue ſeculo,quo nihil in precio
eſt,niſi quod ſit adamuſſim expolitum.
Quæ res pleroſq; etiã doctiſſimos à ſcri
bendo deterret. Quanq; apud me plu-
ris eſt & ſemper fuit aliorum utilitas,q̃
propriæ exiſtimationis ratio.Nõ fugio
uideri inelegans, modo multis proſim.
Eram trilingue dictionariũ alioqui ædi
turus, quemadmodum anno ſuperiori
promiſi,

promisi, sed sic uisum est amicorũ consi-
lio, ut grammaticæ institutionis opus
prius æderem, quando hac in primis o-
pus est ei, qui ignotæ linguæ sacris ini-
tiari gestiat, quemadmodum ante dixi-
mus. Non negauerim profusiores ha-
beri grãmaticas institutiones penes Iu-
dæos, sed qui incipientes discipulos tot
uelint grauatos præceptis, forsitan &
eadem ipsa suo tempore ex eis obtine-
bimus. Interim hisce nostris imbibitis
præceptionibus, cætera iugi lectione &
studio diligẽti sacræ scripturæ, collatio-
neq; locorum & interpretationum tam
septuaginta q̃ aliorũ quisq; facile obti-
nebit. Bene ualete, & Munsteri labo-
res boni consulite. Basileæ, Anno sa-
lutis M. D. XXIIII.
Mense Ianuario.

אמר השנים וארבעים

מום הַנְּדָבָה הָעֲנִיּוֹת וְהַחִסָּרוֹן :

אמר מג

מוּם הַדִּיבּוּר הַיִּתָּרוֹן : אמר מד

דוֹרֵשׁ תְּחִילָּה בְּלֹא נְדָבָה יִמְצָא בָהּ הת
תַּחֲרוּת וְאֵיבָה : אמר מה

חֲכָם הוּא נִכְבָּד וְאִם מִשְׁפַּחְתּוֹ בְּזוֹיָה ד
וַחֲבֵרָיו רַבִּים אִם הוּא בְּאֶרֶץ טְבֶרְיָה :

אמר הששה וארבעים

הַשְׁקִיטוּ הַצָּרוֹת הַגְּדוֹלוֹת בְּכֹחַ הַצְּדָקוֹת
וְהַתְּפִלּוֹת : אמר מז

הַפְּרִישׁוּת מִן הָעוֹלָם רְפוּאָה לְכָל יָגוֹן ד
וְהָעוֹשֶׁר מִן הַחִסָּרוֹן : אמר מח

יִתְרוֹן לָכֶם לְעַצְמוֹ מִן הַכְּתוּבָה עִמּוֹ :

אמר מט

נֶאֱמָנוּת מְקָרֶבֶת אוֹיְבִים וּגְנֵיבָה מְרַחֶקֶת
אוֹהֲבִים : אמר החמשים

בְּעֵת זַעַם אֵלֶּה אוֹהֲבִים לֹא יַצְרִיכוּךָ וב
וּבְעֵת רָצוֹן אֵלֶּה שׂוֹנְאִים לֹא יַזִּיקוּךָ :

Finis ſententiarum 50. ſapientum.

אמר השלשה ושלשים

כָּל הַלּוֹמֵד חָכְמָה אִם יִירַשׁ תִּהְיֶה לוֹ ל
לְעֹשֶׁר וְאִם יַעֲשִׁיר תַּרְרִיבֵהוּ כִּנְתִיב יוֹשֶׁר

אמר הארבע ושלשים

חֲמוֹת קָשֶׁה מִכָּל מָה שֶׁלְּפָנָיו וְנָקֵל מִן
הַבָּא אַחֲרָיו ׃ אמר לה

כְּמוֹ שֶׁיִּתְיַשְּׁרוּ הַמִּדּוֹת הָרָעוֹת בַּחֲבֶרֶת ה
הַיְשָׁרִים כֵּן יַשְׁחִיתוּ הַמִּדּוֹת הַטּוֹבוֹת בח
בַּחֲבֶרֶת אַכְזָרִים ׃ אמר לו

הַיּוֹשֶׁר וְהַזְּכוּת יַעֲמִידוּ הַמַּלְכוּת ׃

אמר השבעה ושלשים

הָבֵן צָרָה לְיוֹם פְּרֵידָה וּמִבְחַר הַצָּרָה ה
הַיּוֹשֶׁר וְהָעֲבוֹרָה ׃ אמר לח

כָּל מִי שֶׁלֹּא יִסְבּוֹל חֵטְא אוֹהֲבוֹ יְשִׁיבֵהוּ
אוֹיְבוֹ ׃ אמר לט

טוֹב לִהְיוֹת אִלֵּם וּמַשְׂכִּיל מִהְיוֹת רַב וב
וּכְסִיל ׃ אמר מ

הַרְבֵּה לַעֲשׂוֹת חֲסָדִים כִּי הַזְּמַן מִתְהַפֵּךְ
פַּעַם יַשְׁפִּיל הַנִּכְבָּדִים ׃ אמר מא

מִבְחַר הַמַּעֲשִׂים תְּשׁוּבָה מְמֻשׁוּבָה ונ
וּנְקִיּוּת מֵאַכְזָרִיּוּת וְטָהֳרָה מֵעֲבֵירָה ׃

מִבְחַר הַמִּדּוֹת שְׁלֹשָׁה שְׁתִיקָה תּוֹלְדוֹתֶיהָ הָעֵצָה וַיֹּקֶר רוּחַ סִמָּן לַגַּאֲוָה ׃

אמר הששה ועשרים

הָלְפוּ יְמֵי הַנְּעָרוּת וְעֵיפָה מְרֻבֶּבֶת הַב הַבְּחָרוּת בְּעִיֵי הַתַּאֲוָה וְהַשְּׁרִירוּת ׃

אמר השבעה ועשרים

מִי שֶׁהָיָה זַךְ בְּמַעֲלָלָיו לֹא יִמָּצְאוּ לוֹ בִּי בְּיוֹם הַדִּין טַעֲנָה עָלָיו ׃

אמר השמונה ועשרים

מַרְבֶּה דְבָרִים יִלָּבֵט וְכָל מַחֲרִישׁ יְמַלֵּט ׃

אמר התשעה ועשרים

צָרִיךְ הַנֶּפֶשׁ הַמּוּסָר כְּצוֹרֶךְ הָאָרֶץ אֶל הַמָּטָר ׃

אמר השלשים

הַנֶּפֶשׁ כְּצֶלֶם וְהַחָכְמָה יוֹפְיוֹ כְּמוֹ עֵץ וְהַחָכְמָה פִּרְיוֹ ׃

אמר האחד ושלשים

הַנָּדִיב יִתְנַדֵּב נַפְשׁוֹ לְאוֹיְבָיו וְהַכִּילַי יִצְפּוֹן הוֹנוֹ מֵאוֹהֲבָיו ׃ אמר לב בְּשֶׁיֶּחֱטָא אִישׁ לֹא יַבִּיט לְמִיעוּט מַעֲלוֹ רַק לִגְדוּלַּת מִי שֶׁחָטָא לוֹ ׃

אמר

תְּבַקְשׁוּנִי וְלֹא תִמְצָאוּנִי ׃ אמר יח
הַתַּחְלוּאָה רֵאשִׁיתָהּ אַהֲבָה וְסוֹפָהּ מְרִיבָה
וְאֵיבָה ׃ אמר יט
כָּל הַמִּתְאַפֵּק עַל שַׁעֲרֵי יֶשַׁע דּוֹפֵק ׃
אמר העשרים
שְׁלֹשָׁה לֹא יִשְׂבְּעוּ מִשְּׁלֹשָׁה אֶרֶץ מרב
מִרְבָּרִים וּשְׁאוֹל מִקְבָרִים וּנְקֵבוֹת מזוב
מִזְבָרִים ׃ אמר האחד ועשרים
מִי שֶׁיֵּשׁ לוֹ יַחַס נִכְבָּר יִשְׁמְרֶנּוּ בְּטוּב ה
הַס הַמַּעֲשִׂים פֶּן יְאֻבַּר ׃
אמר השנים ועשרים
שְׁמוֹר פֶּתַח פִּיךָ וְנִיבְךָ פֶּן תִּהְיֶה חָלָל בקר
בְּקִרְבְּךָ ׃
אמר השלשה ועשרים
כָּל הָרוֹאֶה נְסִיעָתוֹ מִן הַנּוֹעַר אֶל הער
הָעֲרָבָה יֵדַע כִּי יִסַּע מִן הָעֲרָבָה אֶל הזק
הַזִּקְנָה ׃
אמר הארבע ועשרים
הַתְּשׁוּבָה לְרוֹפְאִים כְּמוֹ הָרְפוּאָה לתח
לַתַּחֲלוּאִים ׃
אמר החמשה ועשרים

יִרְבֶּה תְּבוּאָתוֹ׃

אמר השנים עשר

כָּל הָרוֹצֶה לַעֲלוֹת בְּמַעֲלוֹת גְּדוֹלוֹת יש
יִשְׁמוֹר נַפְשׁוֹ מִן הַנְּבֵלוֹת׃

אמר השלש עשר

מִי שֶׁיֵּצֵא אֶל הָעוֹלָם הַזֶּה יִשְׂבַּע מְרוֹרוֹת
וּמִי שֶׁיֵּצֵא מִמֶּנּוּ נִמְלַט מִן הַצָּרוֹת׃

אמר הארבע עשר

בֶּן אָדָם בִּבְהֵמָה אֲבוּסָה מְעוֹנוֹתָיו עם
עֲמוּסָה וְרוֹבֶצֶת תַּחַת הַמַּשָּׂא׃

אמר החמשה עשר

כְּשֶׁיִּקְצוֹת הַשֵּׁם עַל הַקְּהִלָּה יִתֵּן הָעוֹשֶׁר
לִנְבָלֵיהֶם וְלִקְוֹפְצֵי יְרֵיהֶם וּבְשֶׁיֶּאֱהַב או
אוֹתָם יִתֵּן הָעוֹשֶׁר לִנְדִיבֵיהֶם׃

אמר הששה עשר

אִם תִּבָּנַע לְמִי שֶׁתִּרְצֶה תִּהְיֶה אֲסִירוֹ וא
וְאִם לֹא תִצְטָרֵךְ לְמִי שֶׁתִּרְצֶה תִּהְיֶה ח
חֲבֵרוֹ וְאִם תִּגְמוֹל חֶסֶד לְמִי שֶׁתִּרְצֶה תה
תִּהְיֶה גְּבִירוֹ׃

אמר השבעה עשר

הַחָכְמָה תִּקְרָא מֵהֲרוּ וְלִמְדוּנִי בְּטֶרֶם ת

יְמֵי הָאָדָם שְׁלשָׁה אֶתְמוֹל עָבַר זְמַנּוֹ וּח
וְהַיּוֹם הוּא חָלָת וְאֵינוֹ וּמָחָר סָתוּם וְאֵין
מְבִינוֹ ׃ אמר הששי
לִמְרוֹ חָכְמָה לְהִתְגַּדֵּל בָּהּ עַל הַמַּשְׂכִּילִים
וְלֹא לְדַמּוֹת הַכְּסִילִים ׃
אמר השביעי
שְׁתִיַּית הָאָדָם וְאַכְלוֹ יְעַוְּרוּ עֵינֵי שִׂכְלוֹ ׃
אמר השמיני
אִם תְּבַקֵּשׁ דֵּי סִפּוּקְךָ מִיעוּט יַסְפִּיק לָךְ
וְאִם תְּבַקֵּשׁ יוֹתֵר מִסִּפְּקָךְ בִּלְתָּהּ לֹא תס
תַסְפִּיק לָךְ ׃ אמר התשיעי
אַל תְּהִי מֵהָאֲנָשִׁים אֲשֶׁר בְּעֵת צָרָתָם יִת
יַחֲרִיל׳ וּ מֵרָעָתָם וּבַחֲלוֹתָם יִנָּחֲמוּ עַל חט
חַטָּאתָם וּבְעֵת עֲנִיּוּתָם יַבְנִיעוּ גַּאֲוָתָם ׃
אמר העשירי
כָּל הַבָּא בַּעֲבוֹדַת הַמֶּלֶךְ בְּלֹא אֱמוּנָה ה
הֵבִיא נַפְשׁוֹ בְּסַכָּנָה ׃
אמר האחד עשר
מִלִּמּוּד בָּנָיו חָכְמָה בְּנַעֲרוּתָם יִמְצָא טו
טוֹבָתָם בִּבְחֵרוּתָם בְּעֵץ הַשָּׂרָה אִם בר
בְּרֵאשִׁית הַשָּׁנָה תַּרְבֶּה עֲבוֹדָתוֹ בְּאַחֲרִיתוֹ
יִרְבֶּה

חכם אֶחָד רָצָה לְנַסּוֹת חָכְמַת חמ
חֲמִשִּׁים תַּלְמִידִים מַשְׂכִּילִים
נֶחֱמוּדִים וְהֵם יוֹשְׁבִים לְפָנָיו וְנוֹשְׁקִים
שׁוּלָיו וַיֹּאמֶר לָהֶם רְעוּ כִּי רְצוֹנִי לְהַבְחִין
תְּבוּנַתְכֶם וְלִשְׁקוֹל בַּפֶּלֶס שִׁבְלֵי חָכְמַתְכֶם
וְעַתָּה יֹאמַר כָּל אִישׁ מִכֶּם מָשָׁל נֶחְמָד
אֲשֶׁר כָּל הַבָּא עָלָיו וְעָמַד וַיֹּאמְרוּ כָּל א
אֲשֶׁר תְּצַוֶּה נַעֲשֶׂה וּבְכָל אֲשֶׁר תִּרְצֶה אֶת
עֲבָדֶיךָ נַסֶּה ׃
וַיִּגַּשׁ הָרִאשׁוֹן מִן הַתַּלְמִידִים וַיֹּאמַר
בְּעֵת הַמִּבְחָן וְהַמַּחְסוֹר יֵקַל הָאָדָם אוֹ יִיּ
יֵיקַר ׃ אמר השני
הָעֶבֶד הוּא חָפְשִׁי בְּשֶׁיִּסְתַּפֵּק בְּחֶלְקוֹ ות
וְהַחָפְשִׁי הוּא עֶבֶד בְּשֶׁיְּבַקֵּשׁ יוֹתֵר מִלֶּחֶם
חוּקּוֹ ׃ אמר השלישי
בֶּן אָדָם רוֹדֵף וְנִרְדָּף רוֹדֵף מַה שֶּׁלֹּא יַשׁ
יַשִּׂיגֶנּוּ וְנִרְדָּף מִמִּי שֶׁלֹּא יוּכַל לְהִמָּלֵט
מִמֶּנּוּ ׃ אמר הרביעי
אֶתְמַהּ לְמִי שֶׁיִּקְנֶה עֲבָדִים מֵהוֹנוֹ אֵיךְ
לֹא יִקְנֶה הַחֲפָשִׁים בְּמֹתֶק לְשׁוֹנוֹ ׃ אמר ה
ימי

FRATER SEBASTIANVS MVNSTERVS AD LECTOREM.



E pagellæ aliquæ post epistolam præliminarem uacarent, adiecimus quinquaginta sapientum discipulorum elegātes sententias, siue ut Hebraismus habet, מִשְׁלֵי parabolas, idq; Hebraice tātum, quod folij angustia prohiberemur è regione Latinam ponere interpretationem.

Explanatio aliquarum.

18. Mutuum dare, est initium dilectionis, & finis eius, contentio & odium.

29. Vt terra indiget pluuia, ita homo disciplina.

30. Homo est ut imago, & sapientia color seu decor eius. Est ut lignum, & sapientia fructus suus.

37. Iusticia & innocentia, faciunt stare regnum.

39. Præstat esse elinguē & prudētem, q̄ multiloquum & stultum. &c.

F.Sebastia.Munst.Hebræis lectoribus

חֵפֶץ שָׁלוֹם וּתְשׁוּעָה מֵיחוֹנָה

קְחוּ עַתָּה מִמֶּנִּי כָּל בַּחוּרִים וְאַחֵרִים טוֹ
טוֹבִים אֲנָשִׁים הַזֶּה סֵפֶר שֶׁלָּכֶם חֵמֶר ג
וְרָצוֹן לִלְמוֹר לְשׁוֹן הַקּוֹרֶשׁ כִּי בוֹ אלמ
אֲלַמֶּרְכֶם בְּכֹחִי לִקְרָא וּלְדַבֵּר וּלְהָבִין ל
לָשׁוֹן הַזֶּה וְהוֹדַעְתִּיכֶם כֹּל שְׁבִילֵי חרי
חֲרִיקְרוּס בְּשֵׁמוֹת וּבִפְעוּלוֹת וּמִלּוֹת וב
וּבְטַעַם וּבִנְגִינוֹת ׃ כִּי רָאֹה רָאִיתִי רַבִּים
שֶׁבִּלְתִּי סְפָרִים לַשָּׁוְא יָגְעוּ בָּזֶה לָשׁוֹן ׃
גַּם רַבִּים מִתַּלְמִידַי בָּעוּנִי לַעֲשׂוֹת לָהֶם
סְפָרִים עִבְרִיִּים שֶׁמֵּהֶם יִלְמְדוּ אֶת שְׂפַת
הָאֱלֹהִים וְהַחֲסִידִים נְבִאָיו ׃ בַּעֲבוּר ז
זֹאת שַׂמְתִּי עַל לִבִּי לַעֲזוֹרֵמוֹ שֶׁבָּהֶם ת
הַזֶּה גָּדוֹל חֵפֶץ לִלְמוֹר אֶת לָשׁוֹן עִבְרִי
בַּאֲשֶׁר עֵזֶר הָאֱלֹהִים יִהְיֶה עִמָּדִי כִּי זל
זֻלָּתוֹ לֹא יוּכַל כָּל הָאָדָם לַעֲשׂוֹת הַרְבֵּה
כְּמוֹ מְדַבֵּר יֵשׁוּעַ מְשִׁיחֵנוּ בְּתַלְמוּדוֹ
אֲשֶׁר לוֹ וּלְאָבִיו וּלְרוּחַ הק
הַקָּדוֹשׁ תְּהִי תוֹדָה לע
לְעוֹלָם

INSTITVTIO HEBRAEA PER Sebaſtianum Munſterum.



ITERAE ALPHABETI Hebraici ſunt uiginti duæ, quarum nomina & chara/cteres hi ſunt.

Vau	He	Daleth	Gimel	Beth	Aleph
u	h	d	g	b	aeiou
ו	ה	ד	ג	ב	א

Lamed	Caph	Iod	Teth	Heth	Zain
l	c&ch	i	t	h	z
ל	כ	י	ט	ח	ז

Zadic	Phe	Ain	Samech	Nun	Mem
z	p ph	aeiou	ſ	n	m
צ	פ	ע	ס	נ	מ

Tau	Sin	Schin	Res	Kuph
t&th	ſ	ſch & ſſ	r	k&c
ת	שׂ	שׁ	ר	ק

Porrò quinq; hæ literæ כ מ נ פ צ quũ in fine dictionum ueniunt scribendæ, alias habent figuras, uidelicet ך ם ן ף ץ uocantúrque tum, Caph, Mem, Nun, Phe & Zade finales.

Omnes literæ alphabeti, consonantes dici possunt, quod adiunctis punctis syllabam statuant. Hæ tamen sex אוהחיע propterea uocales cẽsentur, quod nihil omnino cõsonantiæ adiunctis punctis adferant, nisi quod ה aspirationem lenem, ח uero fortem habet: alioqui oris hiatum libere punctis uocalibus sibi admotis permittunt. Sunt etiam non raro uau & iod consonantes apud Hebræos, non secus quàm u & i apud Latinos. Vau cõsonans est, quando pũctum substratũ habet. ut ו & ו Vocalis, quando punctum tantum in uentre habet, aut in capite tantum. ut ו & ו Aliquando etiam quũ consonans est,

est,habet punctũ in capite,licet ille punctus alterius uau index sit. ut מִצְוֹתֶיךָ pro מִצְווֹתֶיךָ

Proinde iod cõsonans est, quum sibi punctum aliquod supponitur, aut aleph cum holem, uel uau cum holem aut surec adiũgit᷑: ut יוֹרֵעַ יֹאמַר יִשְׂרָאֵל

Literæ gutturales ab Hebræis hæ assignantur א ח ה ע quod gutturis officio egeant,quemadmodum aliæ dentibus,aliæ lingua,aliæ labijs,& ob id dentales,linguales & labiales uocantur.

Præterea sciẽdum,quod Hebræi uarie legunt s literam. Nam zain ז s lene: samech ס s acutum: zade צ s stridulum,uel secũdum nostros Iudæos z: schin שׁ s pingue,uel sch. שׂ uero sicut ס legitur.

De punctis Hebraicis.



Duertendum quod apud Hebræos inter tria punctorum genera, unũ genus est, quod


 signo-

ſignorum dici poteſt.ſignat enim quaſ-
dam literas,alio & alio pronunciandas
ſono,modo forti & aucto, modo debi-
li & tenui.Et eſt triplex, uidelicet,dages,
raphe, ſmol,& iamin. Dages דָגֵשׁ eſt
punctus unus literæ uẽtrem occupans,
eamq́ꝫ fortiter ac quaſi duplicatam eſſe
rendam ſignans.Et huius omnes literæ
ſunt capaces, præter quatuor guttura-
les,& res literam.

Raphe רָפֵּי eſt uirgula ſuperne lite-
ræ imminens, ſignans eam tenuiter ſo-
nandam,& huius tãtum ſex literæ ſunt
capaces,uidelicet בֿ גֿ דֿ כֿ פֿ תֿ Prima,ui-
delicet בֿ ut u conſonans: גֿ gh: דֿ ut
d parum muſſitans: כֿ ut ch: פֿ ut ph:
תֿ ut ſ bleſum ſeu θ Græcum ſonat.
Quod ſi cum dages punctulo ſignẽtur,
בּ ut b: גּ ut g: דּ ut d: כּ ut c: פּ ut p:
תּ ut t ſonat.In quo autem caſu hæ ſex
literæ cum dages puncto aut raphe uir-
gula

gula ſint uel roborandæ, uel infirman-
dæ, infra notabitur.
Cæterum שְׂמֹאל ſmol & יָמִין iamin
ſunt duo punctula quæ ſuper ſchin li-
teram poni conſueuerunt, primum ad
ſiniſtram, ut שׂ redditq́ literæ ſonum
acutum: ſecundum ad dextram, ut שׁ &
ſignat literam groſſius ac ueluti ſch
pronunciandam.

Secundum punctorũ genus eſt uo-
calium. Et hæc ſunt duplicia, quædam
ſimplicia, alia compoſita. Simplicia ſunt
hæc. Primum patha ַ & ualet a da-
rum. Eſt autem patha magnũ, ut אַ a.
בַּ ba. בַ ua. Secundum kamez ָ ua-
letq́ a obſcurũ, & eſt kamez magnum,
ut גָ ga. דָ da. הָ ha. Tertium zere ֵ e
gracile: uocaturq́ alio nomine kamez
katon, id eſt, paruũ. ut טֵ te. לֵ le. מֵ me.
Quartũ ſegol ֶ ſonatq́ uocem medi-
am inter a & e, hoc eſt, diphthongũ æ.



uocaturq́ꝫ alio nomine patha paruum. ut נֶ næ. עֶ æ. פֶּ phæ. Quintũ hiric, punctus ſcilicet unus - ſub litera, & ualet i noſtrum. ut צִ zi. קִ ki. רִ ri. Sextum holem, punctus item unus, ſed qui ſolum ſuper literam ponitur, & ualet o Latinum. ut וֹ o. לֹ lo. מֹ mo. רֹ ro. Septimum, kibuz ⸫ uox ſcilicet media inter u & i, hoc eſt, ypſilon Græcum uel u Gallicum. ut אֻ u. בֻּ bu. גֻ gu. Octauũ, ſurec uel meloppum. punctus ſcilicet unus in ſolius uau literæ uentrem receptibilis, ualetq́ꝫ u Latinũ. ut וּ u. בּוּ bu. הוּ hu. Et nota quando uau cũ illo puncto habet alium uocalem pũctum ſubſtratum, non eſt ſurec ille uentralis, ſed dages, fortificans tantum literam uau. ut וַּ ua uel fa. וָּ fa &c. Nonũ hateph ſiue ſcheua: duo ſcilicet pũctula ſubalternatim poſita, & legitur e breuiſſimum: aliquando planè rapitur, aut diſterminat ſyl

hat syllabam: de quo Hebræi nonnul-
las tradunt regulas, quas parum infra
inuenies. Decimum & primũ inter com
posita, hateph patha -: sonatq; ut a
per nasum.ut אֲ a חֲ ha. Vndecimum,
hateph camez -: & est sonus eius fer-
mè idem cum holem.ut חֳ ho. מֳ mo.
Duodecimum, hateph sægol ∴: æ bre
ue.ut אֱ æ. חֱ hæ. Scribũtur autem hæc
duo puncta -: & ∴: raro sub alijs lite-
ris, q̃ sub gutturalibus. Et habent ista
pũcta hoc inter se discrimẽ, quod quin-
que uocantur תְּנוּעוֹת גְּדֹלוֹת id est, uo-
ces seu motiones magnæ. uocantur eti-
am מְלָכִים id est, reges, & continentur
in hac dictiõe גּוֹטָרִייסוֹן Alia uero qn-
que ponuntur è regione magnorum, &
appellantur תְּנוּעוֹת קְטַנוֹת motiones
paruæ, siue מְשָׁרְתִים id est, seruiẽtes &
cõprehendũtur in hac dictione בֶּטֶרְקָן
de quibus infra in tractatu accentuum

 non-

non nihil quoq; dicetur.

Appendix de literis iod,heth, & finalibus.




Od litera plerunq; est conso- nans, aut omnino silet: non- nunquam tamen sonat i uo- calem, quum uidelicet in fine dictionis mox sequitur unã ex uocalibus a o u, hoc est, quum ipsam præcedit – uel ⁖ holẽ uel surec. ut פָּנַי panai. עָשׂוּי asui. גוֹי goi. Præterea punctus patha sub ח finali, præcedit flatum aspirationis. ut רוּחַ ruah, non ruha. לוּחַ luah, nõ luha. Idem dicunt de הַ Iudæi tamen nostra- tes secus legunt.

Finales literæ nunquam aut rarissime punctantur, præter caph, quæ puncto- rum raphe & dages, schcua & kamez capax est. ut אִמֵּךָ mater tua. אוֹדְךָ con- fitebor tibi &c.

Lectio-

Lectionis exercitamentum.



Implices ſyllabas, hoc eſt, quæ ex ſimplici litera & ſubiuncto puncto conſtant, facile tu ipſe, candide lector, ex iam dictis conſtituere poteris: quæ uero ex pluribus conflantur literis, ſic accipe.

אַב af. אַבּ ab. אִב if. אִבּ ib. אֻבּ ub. אַג ag. אֶג eg. אַד ad. אָד od. אַו af. אֶו ef. אָז az. אֹז oz. אַי ai. אֵי e. בָא fa. בָּא ba. בִּא bi. בֹּא bo. גָא ga. גִא gi. גַב gaf. גַבּ gab. גַג gag. גַד gad. גַל gal. גַר gar. גוֹר gor. גוּר gur. גִיר gir. דָא da. דֶב dæf. דוֹג dog. הָם ham. חֶן hæn. חֹם hom. טְרָא tra. טְרֵא tre. טְרוּא tru. יַל gal. יִשׁ giſch. כַא cha. כַּא ka. פַר phar. פַּר par. פַּרְתָּא parta. צוּךְ zuch. צוּק zuc. חוּץ hutz. שְׁלַא ſchla. רֶגֶל rægæl. יָמִין iamin. שְׂמֹאל ſmol. הָאָרֶץ haaretz. אַתָּה atta. פַּתַּח pathah. נַשׁוּי naſchui. פְּנֵיהֶם phnehæm &c.

Quando ſcheua legendum uel non.


Onuntur ab Hebræis ſex re/gulæ quando ſcheua pũctus debeat moueri, hoc eſt, legi uel muſſitare.

Prima. Scheua legitur, quãdo litera ſua cum mox ſequente litera nõ poteſt conſtituere ſyllabam, hoc eſt, quando litera ſcheuata cum ſequente conſonante & tertio uocali puncto non coeunt in unã ſyllabam, ſiue non ſunt connexiles. ut שְׁגָגָה ſchegaga. ubi ſcheua breuiſſime eſt legendũ. Aliud מְשׂוּרָה meſura. Hic uero שְׁטַח ſthaph, שְׁמוֹר ſchmor non legit̃, quũ ſt & ſm ſint literæ cõnexiles.

Secũda. Scheua eſt legendũ, quoties ponit̃ ſub litera daggeſſata. ut הַכְּנַעֲנִי hakenaani, quod noſtra trãſl. Chana/næus uertit סִיסְרָא ſiſera &c.

Tertia. Scheua legitur, quando ſua litera cõtinuo duplicat̃. ut שׁוֹמְמִים ſchomemim.

memim. חַלְלוּיָה haleluia.

Quarta. Scheua legitur, quando ipſum mox ſequitur litera gutturalis. ut שִׁמְעוֹן ſchimeon. מַלְאָכִים malcachim. Niſi enim moueretur, auditus facile deciperetur, & מְלָכִים pro מַלְאָכִים perciperet.

Quinta. Scheua legitur, quando ipſum in medio dictionis aliud præcedit ſcheua. ut יִשְׁמְרוּ ijſmeru. נַפְשְׁךָ naphſchecha.

Sexta. Scheua legitur, quando ſequitur uocem magnam. Sunt autẽ uoces magnæ quinque. Prima eſt ָ ut שָׁמְרוּ ſchameru. Secũda eſt zere, preſertim quãdo ipſum ſequit̃ iod aut א Tertia eſt hiric cũ ſequẽte iod. ut חֲסִידֶיךָ haſidecha. Quarta holem cum א ut אוֹמְרִים omerim. Quinta ſurec cum א ut אוּמְךָ umecha. Extra hos caſus fermè ſemper ſilet ſcheua, tam in fine dictio-

ctionum quàm syllabarum.

Notādum præterea quod Hebræa Grāmatica ponit חֲמִשָּׁה חֲטוּפִין quintuplex hateph; uidelicet שׁוֹכֵן quiescēs, quod nunquam uariatur à loco suo. ut אֲבְרָהָם Secundum מֵנִיעַ uariabile. ut וַיִּשְׁמוֹרֶךָ quod in fine sententiæ sic scribitur וְיִשְׁמְרֶךָ Tertium אָחוּז comprehensum. colligitur enim in ipso una syllaba. ut בַּרְזֶל. ferrum, בִּרְקִיעַ in firmamento. Et semper sequitur ipsum punctus dages. ut אֶזְכּוֹר Quartum רָבוּק adhæsiuum uel adiunctū. ut שָׁמוֹר זָכוֹר migrat enim eius pronunciatio in sequentem syllabam. Signatúrque litera quæ ipsum mox sequitur cum raphe. de quo uide infra regulam in notabili de pūcto dages. Quintum חֲטַף חִירֶק. quando scilicet hateph uenit sub literas gutturales. ut יְחִיֶה יְחְיֶה Et uocatᷣ propterea hateph hirec, שֶׁקְרִיאָתוֹ חָצוּי

חִירֶק וְחֶצְיוֹ פַּתַח quod lectio eius est partim hirec,& partim patha.

De literis quiescentibus.



Habent Hebræi quatuor literas,uidelicet אֱהֲוִי quas נְחוֹת id est,quiescentes uocāt, propterea quod nō raro in lectione omnino mutescant, אֱוִי quidem in medio & fine dictionis, ה autem in fine tātum. ut צאן zon. quem sonum & hæc sylla ba צֹן habet. Vbi א in fine silet, בָּרוּא baru. Exemplū ubi uau quiescit, פֻּעַל pual,id est,opatio. Vbi iod,שְׁמֵי schme יָדָיו iadaf. Vbi ה שָׁמְעָה schamea.

De uirgula raphe.



Rabi Mosche Kimhi ponit regulam, quod quum literæ quiescentes, dictionem claudunt,imponunt primæ literæ sequentis dictionis uirgulam raphe,si una ex בגד כפת fuerit,aut si alia litera fuerit,priuāt puncto

ctionum quàm ſyllabarum.

Notādum præterea quod Hebræa Grāmatica ponit חֲמִשָּׁה חֲטוּפִין quintuplex hateph; uidelicet שׁוֹכֵן quieſcēs, quod nunquam uariatur à loco ſuo. ut אֲבְרָהָם Secundum מֵנִיעַ uariabile. ut וְיִשְׁמוֹרְךָ quod in fine ſententiæ ſic ſcribitur וְיִשְׁמְרֶךָ Tertium אָחוּז comprehenſum. colligitur enim in ipſo una ſyllaba.ut .בַּרְזֶל ferrum, בִּרְקִיעַ in firmamento.Et ſemper ſequitur ipſum punctus dages.ut אֶזְכּוֹר Quartum דָבוּק adhæſiuum uel adiunctū.ut שְׁמוֹר זָכוֹר migrat enim eius pronunciatio in ſequentem ſyllabam. Signatúrque litera quæ ipſum mox ſequitur cum raphe. de quo uide infra regulam in notabili de pūcto dages. Quintum .חֲטַף חִירֶק quando ſcilicet hateph uenit ſub literas gutturales.ut יְחִיֶה יְחִיֶה Et uocatͤ propterea hateph hirec, שֶׁקְרִיאָתוֹ חָצִיו

שקר

חִירֵק וְחֶצְיוֹ פַּתַח quod lectio eius est partim hirec,& partim patha.

De literis quiescentibus.



Abent Hebræi quatuor literas, uidelicet אֱהֱוִי quas נָחוֹת id est, quiescentes uocāt, propterea quod nō raro in lectione omnino mutescant, אֱוִי quidem in medio & fine dictionis, ה autem in fine tātum. ut צאן zon. quem sonum & hæc sylla/ba צֹן habet. Vbi א in fine silet, בָּרוּא baru. Exemplū ubi uau quiescit, פֻּעַל pual, id est, opatio. Vbi iod, שְׁמֵי schme יַדְיו iadaf. Vbi ה שָׁמְעָה schamea.

De uirgula raphe.



Abi Mosche Kimhi ponit regulam, quod quum literæ quiescentes, dictionem claudunt, imponunt primæ literæ sequentis dictionis uirgulam raphe, si una ex בגד כפת fuerit, aut si alia litera fuerit, priuāt

puncto

puncto dages, si quod habuerit. Idem facere solent hæ tres literæ אוי intra limitem dictionis. Exempla, psalmo 38. משא כבר onus graue. Et psal.32. בדרך זו תלך In uia hac ambulabis. Psal. 129. עמו פדות apud eum redemptio.

Et nota quod non refert an hæ literæ בגד כפת habeant raphe, uel non. Quum enim carent puncto dages, semper legendæ sunt ac si haberent raphe.

Regula alia. Tres quoqꝫ istæ literæ בנת cũ puncto ◌ָ signatæ, raphant literas בגד כפת præsertim in fine dictionis. Kamez enim ה uel א occultũ includere uidetur, ideo non facile post ipsum sequitur dages. Exempla: חפצת בטוחות Et כי בך בטחתי Quam regulam Hebræi his uerbis tradunt:

בנת שאין להם הא או א בקמצותם ויש
להם דין באלו נכתב הא או אלף בסופן ו
ויש להן דין חק יהוא לחיות רפי באותיות
בגד

בְּגַר בְּפַת הַבָּאִים אַחֲרֵיהֶם כְּמוֹ אָחִיךָ בֶּן־
אִמֶּךָ וְעָשִׂיתָ בַּדֵּי

Alia regula. Istæ tres literæ ב כ ו dum in capite seruiunt, uirgulam raphe secũdæ substãtiali imponũt. ut כְּלְבוּשׁ sicut amictus. בְּשַׁבֵּב in acquiescẽdo &c.

Exceptiones.

Primam regulam primo destruunt literæ ה י ו quum in fine dictionis relatiuæ sunt. ut בְּצִדָּה תָּשִׂים in latere eius pones. Et psalmo 105. בַּקְשׁוּ פָּנָיו תָּמִיד Quærite faciẽ eius semper. Et Isaiæ 56. בֵּיתִי בֵּית תְּפִלָּה Domus mea, domus orationis. Et Tren. 1. כָּל רֵעֶיהָ בָּגְדוּ בָהּ Omnes amici eius spreuerunt eam.

Secundo derogatur primæ regulæ, quando א in fine quiescit. ut וַיַּרְא בָּלָק Et uidit Balac.

Tettio, si litera raphabilis in capite posita, reperiatur in corpore dictionis, prior puncto dages, & posterior raphe signatur.

ſignatur.ut שָׁמַרְתִּי בִּרְבַּר id eſt, cuſtodiui carrucam.

Quarto, quoties in dictione duæ primæ literæ ſunt ex בגר בפת prima accipit dages, præſertim ſi ei ſubſit ſcheua. ut Ier.42. שִׁמְעוּ דְּבַר־יְהוָה Audite uerbũ domini. Et Ezech.10. נוֹגַהּ כְּבוֹד יְהוָה Splendor gloriæ domini. Iſaiæ 3. וְאָבְלוּ פְּתָחֶיהָ Et lugebunt portæ eius.

Quinto, ſi hæ duæ literæ ב מ dictioni præponantur, ב ſemper habet dages. ut תָּבֹא בְמִשְׁפָּט uenies in iudicium. Et pſalmo 95. מַסָּה בַּמִּדְבָּר Tentatio in deſerto.

Sexto, ſi ה claudat minutam dictionem. ut הִנֵּה זֶה בָּא Ecce iſte uenit. Cãt. 2. & 7. eiuſdẽ: מַה תֶּחֱזוּ Quid uidebitis.

Septimo, ſi una ex literis אֶהֱוִי uel ב נ ת cũ ַ collocetur in periodo, membro; diſtinctione uel ſubdiſtinctione, aut alio accentu pauſationis, uel ſuſpenſionis,

ſionis, uirtus eius nō extenditur in pro-
xime ſequentem dictionem, quantum-
libet illa habeat in capite unam ex lite-
ris בגד כפת Enumerat aūt Rabi Mo-
ſche quindecim accentus, qui plerunq;
infringant regulam אֱחַוִי ſcilicet סוֹף
פָּסוּק: qui eſt finis ſententiæ : אַתְנַחְתָּא
Membrum : זָקֵף קָטוֹן Diſtinctio :
טַרְחָא : פַּשְׁטָא : Subdiſtinctio רְבִיעַ
קַרְנֵי פָרָה : פָּזֵר גָּדוֹל : זַרְקָא : שְׁנֵי גְרִישִׁין
זָקֵף : אַזְלָא : יְתִיב : תְּבִיר : תְּלִשָׁא :
גָּדוֹל De quibus infra: ubi reperies quā
figuram quiſq; accentus ſibi uindicet.
Exempla. Et primo de ſoph paſuc: Ge-
neſis 7. אַרְבָּעִים לָיְלָה : בְּעֶצֶם הַיּוֹם De
æthnahta, Iſaiæ 24. אוֹי לִי בֹּגְדִים בָּגָדוּ
Væ mihi, præuaricātes præuaricati ſūt.
De Rebia Iſ. 16. גֶפֶן שִׂבְמָה בַּעֲלֵי הֲלָמוּ
Vineam Sabama, domini exciderunt.
De aliis quoque accentibus facile exem
pla adferri poſſent, niſi typi cū idoneis

accentum figuris deessent.

De puncto mappic.


Iximus quod mappic pūctus deroget regulæ אֱהֱוִי nec tamen hactenus satis eius explicuimus naturam & officium. Sciēdum igitur, quod quidam hunc pūctum scribunt intra literam הּ (quæ sola eius est capax.) Alij sub litera הּ ualetq́ pronomen relatiuum, eius, ei: uel sua, suæ, fœminini generis. nec unquam legitur. ut בְּנָהּ filius eius, scilicet mulieris. שְׁמָהּ nomen eius, scilicet uxoris. Gen. 25. Item 3. Reg. 3. תְּנוּ לָהּ date ei, scilicet mulieri. Et nota, si literā ה ut est relatiua, mox antecesserit segol aut hiric aut surec, non mappic sed kamez sibi subscribitur. unde Gen. 25. וַיֶּאֱהָבֶהָ Et dilexit eā, scilicet Isaac Rebeccā. Sic 24. eiusdem: נָתַן לְאָחִיהָ Dedit fratri suo, fratri uidelicet Rebeccæ. De surec habes Genesis

primo

primo exemplum.



Mnes literæ puncti dages, ut dictum est, sunt capaces, præter quinq; , uidelicet quatuor gutturales & res. Quum autem insulcitur literæ, signat eam duriuscule ac quasi geminam pronunciandam : aut certe alterius literæ defectum ostendit. Quatuor istæ literæ בּ כּ פּ תּ quum per dages signantur, simpliciter & naturali expressione ueniũt sonandæ , uidelicet ut b c p t. Reliquas uero omnes fermè literas dages suo aduentu conduplicat.

Canon. Post scheua capiti dictionis suppositum , nunquam immediate sequitur dages , præter quàm in שְׁתֵּי & שְׁתַּיִם Hic canon apud Hebræos ita scribitur:

לְעוֹלָם לֹא יָבֹא רָגֵשׁ אַחַר שְׁבָא בְּרֹאשׁ תּ
חֲתֵיבָה חוּץ מִן שְׁתֵּי שְׁתַּיִם

Canon. Litera iod dagessatur in

uerbis סַל ſi eam præcedat patha. ut וַיֹּאמֶר ſecus in uerbis דַּבֵּר ut וַיְדַבֵּר & loquutus eſt. Hebraice ſic:
חַדָּגֵשׁ מֵבִיא לְפָנָיו פַּתַח גָּדוֹל כְּמוֹ וַיֹּאמֶר וַיֵּלֶךְ ׃ אֲבָל בְּדַבֵּר כְּמוֹ וַיְדַבֵּר

Canon. Quum hæ quinq; literæ ל ב א י ש puncto kamez ſignantur, plerunq; litera mox ſequens dageſſatur. ut שָׁמָּה לָמָּה אָנָּה בָּתִּים & ſimilia.

Canon. מ ut eſt litera ſubſidiaria, præpoſitionem a uel ab ſignificans, primæ literæ dictionis cui præfigitur dages inſerit, præſertim ſi habeat ſub ſe hirec. ut מִצָּר de tribulatiōe. מִמֶּנּוּ à nobis. Sin nomen uerbale conſtituat, alteram thematis literam puncto dages roborat. ut מִשְׁפָּט iudicium. מַשְׂכִּיל eruditiuum. Dicūt & has quinq; literas ח ב כ ש ל quum à fronte ſeruiunt, primam radicis dageſſare.

Canon. Vna ex finalibus, uidelicet

caph,

caph, pūcti dages quoq; est capax, idq́; tunc quando est pronomen affixū primitiuæ speciei præcedente ſægol. ut אַשְׁרֶיךָ beatus tu. אוֹדֶךָּ confitebor tibi. Si autem est deriuatiuæ speciei, habet raphe. ut אִשְׁתְּךָ uxor tua: Hanc regulam Hebræi his uerbis tradunt:

בָּל ךָ בְּסוֹת תֵּיבָה וּפַתַח קָטָן לְפָנֶיהָ וְע
וְעוֹמֶדֶת בִּמְקוֹם אוֹתְךָ תִּהְיֶה דְגוּשָׁה כְּמוֹ
וִיבָרֶכְךָ אוֹדֶךָּ: אֲבָל אִם הִיא כְּמוֹ שֶׁלְּךָ ת
תִּהְיֶה רְפוּיָה כְּמוֹ בָּנֶיךָ וְאֵלּוּ רַבִּים:

Interpretatio uerborū est hæc: Omne caph in fine dictiōis, & patha paruum, id est ſægol, ante ipsum, & stat in loco te, erit dagessatū, sicut, & benedicat tibi, confitebor tibi. Sed si ipsum sicut quod tuum, erit raphatum. ut filij tui, & huiusmodi multa.

Canon. Literæ istæ ת נ si cōtinuo sequantur coniunctionem uau puncto patha signatā, recipiunt dages. ut וַתִּקַּח

 Et tulit.

Et tulit. וַנְסַפֵּר Et narrauimus.

Canon. Nomina huiꝰ formæ צַדִּיק recipiunt in ſecunda dages.ut אַבִּיר fortis. אַמִּיץ robuſtus. לַפִּיד lampas &c.

Canon. Iod finalis p̄ diæreſin prolata,facit ſequentem conſonantem ex illis ſex literis בגד כפת dageſſari.ut סִינַי בַּקֹּדֶשׁ Sinai in ſancto. גּוֹי גָּדוֹל gens magna.

Canon. Dageſſatur ſecunda litera in hac forma: חַטָּאת peccatum. בַּפָּרָת propitiatio. יַבָּשָׁת arida.

Canon. Litera ת in his terminationibus præteriti תֶּן תֶּם תִּי תָּ תְּ ſemper habet dages,niſi præcedat א uel iod.ut שְׁמַעְתֶּם : אֲחַבְתֶּם : שְׁמַרְתָּ : אֲמַרְתִּי Exempla exceptionis: שָׂנֵאתִי odiui. פָּדִיתָ redemiſti,à uerbo פָּרַה

Canon. Iſtæ literæ חל · איתן facile ſecũdam radicalem literam dageſſant, quum dictioni miniſterialiter præficiuntur.ut

tur. ut Gen. 3. חַרְבָּה אַרְבָּה Multiplicans multiplicabo. Et psalmo 9. אֲסַפְּרָה Enumerabo. Et nonagesimo quinto: נְקַדְּמָה Præoccupabimus.

De puncto dages, quod deuorat literas.



EXercet præterea punctus dages & hoc officij, quod literarum substãtialium defectum ostendere solet, appellaturq́; tũc dages uorax seu deglutiens literas. Quũ enim ab alicuius dictionis primitiuo una radicalis ceciderit, mox pro sui uestigio proximiori literæ imprimit dages, si ei9 capax est. ut pro יִלְקַח commu..iter in biblia scribitur יִקַּח & pro סְבָבוּ scribi solet סַבּוּ Item pro תְּמֻמִים תַּמִּים Sic חִקִּים pro חֻקְקִים Idem cõtingit in denominatiuis quæ ueniũt à uerbis, quorum prima radicalis est nun uel iod. ut à נָפַל corruit, fit denominatiuũ מַפֶּלֶת

& in constructione מַפֶּלֶת cadauer,ruina. Sic à uerbo יָצַב statuit,uenit מַצֶּבֶת statua. Et ab אִישׁ uir,deriuať fœmininum אִשָּׁה uirago. In his exemplis uidere licet, quomodo extritis literis dages succedat. In uerborum deniq; cõiugationib⁹ id crebro fieri infra cõspicies.

R. D. K.

Literæ deuorabiles à dages sunt septem,& signum earũ est: תנו אליה תיו תתבלע בדגש בתיו של התפעל כמו ואשמע את הקול מדבר אלי: ויגנו מות מתדבר Tau deuoratur in dages, sicut tau ipsius hithpael.ut:Et audiui uocem loquẽtis mecũ. Iudiciũ eius est: מתדבר ב תתבלע בדגש כאשר תהית פת הפעל נון תתבלע בעינו כמו נתן בתתן. Nun deuoratur in dages,secundũ quod fuerit pe poal nun, deuoratur in ain poal. sicut,dedit,cum dederit.

Vau deuoratur in dages. ut ערמים

pro

pro עֲרוּמִים & multa ſimilia.
Aleph deuoratur in dages. ut מַבּוּלֶת pro מַאֲבֹּלֶת
Lamed deuoratur in dages. ut תִּקַּח יִקַּח à uerbo לָקַח accepit.
Iod deuoratur in dages.ut à צִיץ dicitur pluraliter צִצִּים coronæ.
He deuoratur in dages.ut מַזֶּה בְיָדֶךָ pro מַה זֶּה בְּיָדֶךָ Quid eſt in manu tua.
Scribit proinde idem Dauid conſequenter in hæc uerba:
וְזוּלָתִי ז׳ אוֹתִיּוֹת אֵלּוּ לֹא תִתְבַּלַּעְנָה בְּדָגֵשׁ כִּי אִם אוֹת בַּחֲבֶרְתָּהּ Hoc eſt: Et præter ſeptem literas iſtas, non deuorantur in dages, niſi litera in ſocia ſua, id eſt, à ſibi ſimili.
בֵּית תִּתְבַּלַּע בְּבֹ׳ אַחֶרֶת כְּמוֹ תָסוֹבּוּ אֶת הָעִיר וְרִינוּ תְסוֹבְבוּ Id eſt: Beth deuoraturin ב alia, ſicut: Circundabitis ciuitatem &c.
גִּימֶל תִּתְבַּלַּע בַּת ג׳ אַחֶרֶת כְּמוֹ תָחוֹגּוּ אֶת חַג

חַג יְהוָה Gimel deuoratur in ſe gimel altera. ut celebrabitis ſolennitatem domini. Et ita de reliquis literis facile exemplificari poſſet: niſi hæc quæ poſuimus exempla prudenti lectori ſatiſfacerent.

Regulæ quædam ex Hebræa grammatica extractæ, de aliquarum dictionum & literarum punctatione.



Litera א ſemper punctatⁿ & legitur in his diuinis nominibus אֲדֹנָי אֱלֹהִים cũ ad ipſorum caput una ex his literis משה acceſſerit. ut מֵאֲדֹנָי הָאֲדֹנָי מֵאֱלֹהִים Cõtra, ſi una ex his וכלב acceſſerit, א non pũctatⁿ. ut בֵּאלֹהִים לַאדֹנָי וַאדֹנָי

Regula alia. Vau cum ſcheua nunquam cõtinuo præcedit in capite dictionis has literas. ב מ ת ſed tantum cum ſurec. ut וּבְנֵי & filij. וּמְלֹא & imple. וּפְרִי & fructus. וּבָאָרֶץ & in terra. Idẽ eſt iudicium, ſi mox præcedat cõſonantem

tem ſcheuatā.ut וּלְשׁוֹנִי & lingua mea.

Regula. Quando iod litera in di/ctionis capite punctatur cum ſcheua,& una ex his literis בוכלם etiam cum ſcheua eſt præponēda, abijcitur utrūq; ſcheua, & ſubſternitur primæ literæ hi/ric.ut וִיהוּדָה & Iudas. לִירֹא ad timendum. בִּירוּשָׁלַ͏ִם in Hieruſalem. וִיהִי & erit. Secus ſi fuerit alius ſupponendus punctus.ut וַיְהִי & fuit.

Regula alia. Vau adueniens literis gutturalibus,punctatur cum patha. ut וַאֲרוּחָתוֹ. וַחֲצִי שֵׁבֶט & dimidia tribus.

Regula alia. Litera ה quando di/ctionibus præficitur,plerunq; pūctatur cum patha,niſi ilico ſubſequatur una ex his literis אער tunc enim punctatur cum ָ ut הָרֹאשׁ caput: הָעֶבֶד ſeruus.

Regula alia. Quando ה eſt ſignū quæſitiuum uel admiratiuum,puncta/tur cum ֲ: ut הֲשׁוֹמֵר אָחִי אָנֹכִי Num

custos

custos fratris mei ego? Nisi cõtinuo se/queretur litera gutturalis, tunc enim ex/posceret patha. ut Iob 1. החנם ירא איוב אלהים Nónne frustra timet Iob deũ? Nonnunquam etiam ante א inuenitur cum sægol. ut האנכי Nunquid ego?

Regula de quæsitiuo מה

מה־המקף פתח כמו מה־זה מה־זאת וא
ואתנחתא וסוף פסוק קמץ ועל חע אפילו
במקף פתח קטן כמו מה־ענה יהוה מה־
חטאתי : אבל על אהר קמץ גדול אפילו
במוקפים כמו מה־אתה רואה מה־הנה
מה־ראית Sensus est: Hæc dictio מה quum stat in cõstructione makeph, ha/bet patha. ut, quis iste, quæ ista. In æth/nahta uero & fine uersus habet kamez. Porrò quum præcedit literas חע tãetsi intercedat makeph, habet patha par/uum, id est, sægol. ut, quid respõdit do/minus: Quid peccaui. Sed cũ imminet literis אהר habet kamez magnũ, quã/uis in/

uis intersit makeph. ut: Quid tu uides, quid istæ, quid uidisti.

De literis & nominibus numeralibus Hebræorum.


Tuntur Hebræi pro numero breuiori siue cifris, quas סְפִירוֹת uocant, omnibus literis alphabeti, hoc pacto.

1	2	3	4	5	6	7	8	9
א	ב	ג	ד	ה	ו	ז	ח	ט
10	20	30	40	50	60	70	80	90
י	כ	ל	מ	נ	ס	ע	פ	צ
100	200	300	400	500	600	700	800	900
ק	ר	ש	ת	תק	תר	תש	תת	תתק

Post decem & uiginti sic numerant.

11	12	13	14	15	16	17	18	19
יא	יב	יג	יד	טו	יו	יז	יח	יט
21	22	31	101	102	402	461	899	
כא	כב	לא	קא	קב	תב	תסא	תתצט	

Quidam Hebræi ponunt pro 500 literam ך : pro 600 ם : pro 700 ן : pro 800 ף : pro 900 ץ :

Millenarium numerum ita ſignant.

1000	2000	1002	3000	4000	5000
א	בא	אב	גא	דא	הא

Annus Chriſti iam currens 1524. ita ſignatur: רתת רש כר Vel ſic: אקת כר Hebræi tamen quicquid per numeros ſcribunt, ſumunt æram ab initio mundi, ſiue מבריאת עולם hoc eſt, à creatione mundi. unde pro iſto anno Chriſti currente ſcribunt: הא רפג hoc eſt: 5283. Tot enim annos hiſtoriographi eorũ dicunt à principio mũdi uſq; ad præſentem fluxiſſe annũ. Noſtri uero ponunt 6723. præſertim Euſebius & Oroſius. Porrò pro nomine diuino יה quod quindecim importat, Iudæi ſcribunt טו ne ſacro nomine profane abutantur.

De nominibus numeralibus.

Numeri cardinales maſculini generis hoc pacto apud Hebræos ſcribũtur.

unus

quatuor tres duo unus
אֶחָד ׃ שְׁנַיִם ׃ שְׁלֹשָׁה ׃ אַרְבָּעָה ׃
octo ſeptem ſex quinq;
חֲמִשָּׁה ׃ שִׁשָּׁה ׃ שִׁבְעָה ׃ שְׁמֹנָה ׃
undecim decem nouem
תִּשְׁעָה ׃ עֲשָׂרָה & עֲשֶׂרֶת ׃ אֶחָד עָשָׂר ׃
quatuordecim. tredecim duodecim
שְׁנַיִם עָשָׂר ׃ שְׁלֹשָׁה עָשָׂר ׃ אַרְבָּעָה עָשָׂר
Et ſic conſequenter uſque ad uiginti.

Numeri cardinales fœm.gen.

quinq; quatuor tres duæ una
אַחַת ׃ שְׁתַּיִם ׃ שָׁלֹשׁ ׃ אַרְבַּע ׃ חָמֵשׁ ׃
decem nouem octo ſeptem ſex
שֵׁשׁ ׃ שֶׁבַע ׃ שְׁמֹנֶה ׃ תֵּשַׁע ׃ עֶשֶׂר ׃
tredecim duodecim undecim
אַחַת עֶשְׂרֵה ׃ שְׁתֵּים עֶשְׂרֵה ׃ שְׁלֹשׁ עֶשְׂרֵה
ſedecim quindecim quatuordecim
אַרְבַּע עֶשְׂרֵה ׃ חֲמֵשׁ עֶשְׂרֵה ׃ שֵׁשׁ עֶשְׂרֵה

Omnes numeri cardinales à uiginti & ſupra,ſunt generis cõmunis. ut אֶחָד וְעֶשְׂרִים un9 & uiginti.Itẽ אַחַת וְעֶשְׂרִים

una

una & uiginti : שְׁלֹשִׁים triginta אַרְבָּעִים quadraginta : חֲמִשִּׁים quinquaginta : שִׁשִּׁים ſexaginta : שִׁבְעִים ſeptuaginta : שְׁמֹנִים octoginta : תִּשְׁעִים nonaginta : מֵאָה & מְאוֹת centum : מָאתַיִם ducenti : שְׁלשׁ מֵאוֹת trecenti &c. אֶלֶף mille : אַלְפַּיִם duo milia : שְׁלֹשֶׁת אֲלָפִים tria milia : רְבָבָה decem milia. Idẽ רִבּוֹא & רִבּוֹ ; רְבָבוֹת centum milia.

Numeri ordinales maſculini generis hoc modo ſcribuntur.

quartus tertius ſecundus primus
רְבִיעִי ; שְׁלִישִׁי ; שֵׁנִי ; רִאשׁוֹן
octauus ſeptimus ſextus quintus
שְׁמִינִי ; שְׁבִיעִי ; שִׁשִּׁי ; חֲמִישִׁי
duodecimꝰ undecimus decimꝰ nonus
שְׁנֵי עָשָׂר ; אַחַד עָשָׂר ; עֲשִׂירִי ; תְּשִׁיעִי

Pluralẽ hi numeri faciũt,ut nomina gentilia maſc. ſicut עִבְרִי Hebræus : עִבְרִיִּים Hebræi : חֲמִישִׁי qntꝰ : חֲמִשִּׁיִּים quinti.

quinti. Et nota quod frequēter nume rus cardinalis usurpať pro ordinali, ut liquet bibliam intuenti. Ezech. 40. Iere/ miæ primo. Deut. primo.

In fœminino genere.

quarta tertia secunda prima
ראשונה ; שנית ; שלישית ; רביעית ;
octaua septima sexta quinta
חמישית ; ששית ; שביעית שמינית ;
decima. nona
תשעית ; עשירית &c.

Et faciūt pluralem numerū sicut no/ mina gētilia fœm. g. ut יהודית Iudæa, s. mulier. יהודיות Iudææ. Sic עשירית decima. עשיריות decimæ. &c.

De literis substantialibus & accidentalibus.


Vantum nunc attinet ad uer borum nominúmque infle/ xiones, oportet in primis ani maduertere, omnia fermè nomina

apud Hebræos tribus duntaxat ſcribi originalibus literis,quas & שָׁרְשִׁיוֹת id eſt,radices;ſiue יְסֹדוֹת id eſt,fundamenta , uocant , quǽq; ſolum dictionarijs inſeruntur . aliorũ autem quæ uel duabus uel quatuor aut quinque conſtant radicalibus literis,pauca admodũ eſſe.

Colliguntur proinde alphabeti literæ in duos ordines . Vndecim nanque ſunt ,quæ ubiq; & ꝑpetuo ſunt de ſubſtantia dictionis,quas Hebræi his comprehendunt dictionibus, חֲט סֵפֶר גְּוַע צָרֶק Reliquæ uero undecim , uidelicet אֶת בְּנַת מְשֻׁלִּי בּוֹ licet & nõnunq̃; ſint ſubſtantiales,ſeu radicales, plerunq; tamen ſeruiunt ad inflexionẽ tum nominum,tum uerborum. unde & literæ ſeruiles,accidẽtales & ſubſidiariæ appellari conſueuerũt. Ex quibus hæ quatuor אֶל בַּשׁ à capite dictionis tantum ſeruiũt:alijs uero in locis, hoc eſt,in medio

uel fine dictionis, perpetuo sunt sub-
stantiales siue essentiales. Hæ uerò qua-
tuor בֵּן חָם non tantum à capite, ue-
rum & à fine dictionis plerunq; serui-
unt. Porrò residuæ tres יות frequenter
seruiūt in capite, medio & fine. Omnes
tamen istæ ministeriales literæ, non ita
constanter suis quibusque in locis serui-
unt, quin & ipsæ aliquando in eisdē sint
essentiales, ut patet in his dictionibus
שָׁמַר custodiuit, אָמַר dixit. בָּאַשׁ fœ-
tuit. יָדַע cognouit. תָּלָה suspendit.
Primas uocant Hebræi הַשָּׁרְשִׁיּוֹת id
est, radicales seu fundamentales: alias
uero מְשָׁרְתוֹת id est, seruiles, licet &
ipsæ plerūq; ut dictū est, sint הַשָּׁרְשִׁיּוֹת
radicales. Nunc sigillatim de offi-
cijs seruilium literarum & syllabarum,
quæ uel in capite uel in calce dictionum
exercēt, tractabimus: à quorum noticia
fermè totius grāmaticæ pendet pōdus.

De literis הַאֶמַנְתִּי



T priusq̄ pergā ſingularum ſeruilium explicare officia literarū, ſcire operæpreciū eſt, quod Hebræi omnia ſua denominatiua conſtituunt per præfixionē unius ex his literis, הַאֶמַנְתִּי Et quū tale aliquod occurrit, dicere ſolēt, ה uel א uel מ &c. eſt hoc in loco hæmāti, per quod intelligunt, denominatiuū conſtitui ex illa litera & radice. Idem iudiciū eſt de aliquibus literis הַאֶמַנְתִּי cū in fine uel medio ad radicē aſciſcūtur. ut זִכָּרוֹן memoria. Exēpla canonis. Litera ה à principio pauca facit denominatiua. ut דור ſphæra, circulus. Inde הֲדוּרִים anfractus uiarum, tortuoſæ uiæ. Aleph quoq; non multa conſtituit. ut אֶזְרָח inquilinus, lignum uiride, laurus. אֶגְרוֹת pugnus. אַמְתַּחַת ſaccus, à מָתַח expādit. אֶפְרֹחִים pulli., à פרח Sic אֲבַעְבֻּעֹת puſtula, à uerbo

uerbo בָּעָה quod tumere significat.

Mem litera ad innumera concurrit denominatiua.ut זָרָה uentilauit. inde מִזְרֶה sporta,uānus. גָּנַן ꝑtexit. מְגִנָּה tegumentum,scutum. פּוּחַ flauit, inde מַפֻּחַ follis. פָּתַח aperuit.inde מַפְתֵּחַ clauis.Et communiter constituit mem tale denominatiuum, quo ceu instrumento actus uerbi perficitur. ut iam posita indicant exempla.

Litera nun rarius ꝙ מ concurrit ad denominatiui cōstitutionem. ut à כָּבַד honorauit, נִכְבָּד gloriosus. à לָעַג balbutiuit, נִלְעָג balbuties. ab אָמַן credidit, נֶאֱמָן fidelis.

Litera ת multa quoq; constituit denominatiua. ut à לָאָה fastigatus est, תְּלָאָה lassitudo. à הִלֵּל laudauit, תְּהִלָּה laus. à נוּר ignis, תַּנּוּר caminus. &c.

Litera iod rarius inuenitur cōcurrere ad denominatiui constitutionem.

Exempla. שָׁמֵם deuaſtauit. יְשִׁימוֹן ſolitudo. נֶשֶׁת caligo. יַנְשׁוּת noctua. תּוֹרַת confeſſio. יְהוּדִי Iudæus.

De literis אל בש à capite dictio‑ nis tantum ſeruilibus.

א Hæc litera primo conſtituit deno‑ minatiuum quum ſit heæmãti, ut dictũ eſt. Secũdo uerbo adiecta, facit primam futuri perſonam ſingularem. ut גָּאַל redemit. אֶגְאַל redimam. קָבַר ſepeliuit. אֶקְבֹּר ſepeliam.

ל Aliquando gerundio miniſtrat. ut לְפַתֵּחַ ad aperiendum. לִשְׁמֹר ad cuſtodiendũ, uel ut cuſtodiret. aliâs articulus eſt datiui caſus. ut נָתַתִּי לְאָדָם dedi homini. Et מִזְמוֹר לְדָוִד Pſalmus ipſi Dauid, uel Dauidis, Valet quoque in & ad. ut לְעוֹלָם in ſeculum. וַיִּקְרָא לְזִקְנֵי יִשְׂרָאֵל Vocauit ſeu clamauit ad ſeniores Iſrael.

ב Accipitur pro præpositione, in uel cũ, & quandoq; pro aduerbio quũ. ut בִּשְׁמֹר in custodiẽdo. בָּאָרֶץ in terra. וְדָבַק בְּאִשְׁתּוֹ & adhærebit cũ uxore sua. Gen. 2. Item psal. 51. בְּבוֹא אֵלָיו נָתָן Quum ueniret ad eũ Nathan, siue, in ueniendo ad eum Nathan.

שֶׁ Signatum cum segol, ualet, qui, quæ, quod, & nõnunquam, quod cõiunctionem. unde Canticorũ primo: הַגִּידָה לִּי שֶׁאָהֲבָה נַפְשִׁי Indica mihi, quem diligit anima mea.

De literis בן חם à capite & calce seruilibus.

כ Quum radici præponitur, habet uim aduerbij similitudinis, ut, sicut, tanquam, uelut, ad instar. Exemplum. כְּמִגְדַּל דָּוִיד Sicut turris Dauid. כְּגֶפֶן פּוֹרִיָּה Sicut uitis fructifera. ualet quoq; nonnũquam præpositionem iuxta, secundũ. ut psal. 51. חָנֵּנִי כְּחַסְדֶּךָ Miserere

mei ſecundum miſericordiam tuam.

Porròquando in fine ſeruit, ualet pro/nomē tu,tui,tibi, aut tuus tua tuum.ut אִשְׁתְּךָ uxor tua. אֱלֹהֶיךָ deus tuus. יְבָרֶכְךָ יְהוָה Benedicat tibi dñs. Et ha/bet caph finalis ſemper raphe, niſi quũ ipſum mox præcedit ſægol, tunc eſt ca/pax pũcti dages.ut אוֹדֶךָּ cõfitebor tibi.

נ Hæc litera prætereꝗ̃ quod eſt hee/manti à capite dictionis,etiam nota eſt primæ perſonæ futuri plur. ut עָשָׂה fecit. נַעֲשֶׂה אָדָם faciemus hominem. שָׁמַר cuſtodiuit. נִשְׁמַר cuſtodiemus. Conſtituitur præterea uerbũ paſſiuum per eam in omnibus perſonis.ut נִשְׁמַר cuſtoditus eſt. נִשְׁמַרְתָּ cuſtoditus es. נִשְׁמַרְתִּי cuſtoditus ſum.&c.unde Tre/norum ult. עוֹרֵינוּ כְּתַנּוּר נִכְמָרוּ Pelles noſtræ ſicut clibanus exuſtæ ſunt. Por/rò in fine radici adiecta,ualet pronomē earum eis eas.ut קוֹל uox, קוֹלָן uox earum.

carum. דָּבָר uerbum, דְּבָרָן uerbũ ea-
rum. Adijcitur etiam nonnunquam
ociose uerbis plur. ut psal. 95. אִם יְבֹאוּן
Si introibũt. Et psalmo 11. יִדְרְכוּן קֶשֶׁת
Tendent arcum.

ה Primo præficitur nominibus ut ar-
ticulus casuũ, præsertim genitiui. ut
בַּעַל הָאִשָּׁה maritus uxoris. עֵץ הַדַּעַת
lignum scientiæ.

Secundo nonnunquam dictionis si-
gnificatum reddit notabile & insigne:
ut הַנָּבִיא propheta ille, uidelicet certus,
talis ac tantus.

Tertio sæpenumero est signũ quæsi-
tiuum uel admiratiuum. ut הֲלֹא הֵם
כְּתוּבִים עַל סֵפֶר An non hæc scripta
sũt in libro. &c. De hoc habes & supra.

Quarto concurrit ad cõstitutionem
cuiusdam coniugationis, quam uocant
hiphil, & ad aliam quam hithpael no-
minant. ut פָּקַד uisitauit. Inde hiphil

הִפְקִיר fecit uisitare, & hithpael, הִתְפַּקֵּר uisitauit seipsum. Quinto plerunque uidetur tenere uicem relatiui. ut psalmo 34. מִי הָאִישׁ הֶחָפֵץ חַיִּים Quis est homo qui uult uitam? Sexto nonnunquam uidetur ociose præponi dictionibus. ut מַה לְךָ הַיָּם Quid est tibi mare? Porrò in fine dictionum, iterum multiplici fungitur officio. Primo tam in uerbis quàm nominibus indicat fœmininum genus. ut גְּבִיר dominus. גְּבִירָה domina. Et de uiro dicitur: אִישׁ נָתַן לִי Vir dedit mihi. De muliere uero eandem sentẽtiam sic explico: אִשָּׁה נָתְנָה לִי Et nota, quando uerbi alicuius tertia radicalis in ה desinit, fit fœmininum genus per interpositionem literæ ת inter secundam & ultimam radicalem literam. ut הָיָה fuit, scilicet uir. Et הָיְתָה fuit, subaudi mulier. Sic עָלָה ascendit, uir. עָלְתָה ascendit, mulier.

Secun-

Secundo est nota, relatiui fœminini generis quum habet punctum mappic subnotatum, qui punctus aliquando in kamez mutatur, ut supra quoq; commonui. Exemplum. Trenorum primo: דִּמְעָתָהּ עַל לֶחֱיָהּ אֵין לָהּ מְנַחֵם מִכָּל אֹהֲבֶיהָ Lachryma eius (scilicet dominæ gẽtium) super maxillam eius, non est ei consolator ex omnibus dilectoribus suis. Tertio subiungitur nominibus locorum, quando est motus ad ea. ut וַיָּבֹאוּ אַרְצָה Et uenerunt in terram. Sic וַיֵּלֶךְ חָרָנָה Et perrexit in Haran. בָּא יְרוּשָׁלַיְמָה Venit in Hierusalem. Hic uides quomodo חָרָן & אֶרֶץ & יְרוּשָׁלַם desinunt in ה literam propter motum ad ea loca.

Quarto, plerũq; uerbis imperat. modi, & uerbis futuri tpis adhæret. ut אֶשְׁמְרָה בֵּיתִי id est, custodiam domum meam. Et psal. 86. שָׁמְרָה נַפְשִׁי Custodi ani-

mam meam. Et Ion. 2. אַל נֹאבְדָה Nō peribimus. Quinto aliquando additur uerbis mas. euphoniæ gratia, præsertim ubi capitalis litera sequentis dictionis est ל uel iod. ut psal. 35. רָאִיתָה יְהוָה Vidisti domine. Et psalmo 21. נָתַתָּה לוֹ יְהוָה Tribuisti ei domine.

Notandū hic, quod nomina & participia in ה exeuntia fœm. gen. in statu regiminis, hoc est, si sequatur obliquus casus aut pronomen affixum, mutant ה in ת ut צְדָקָה iustitia. צִדְקָתְךָ iustitia tua. יָפָה pulchra, יְפַת מַרְאֶה pulchra aspectu. אִמְרָה uerbum, אִמְרָתִי uerbū meū. אִשָּׁה uxor, אֵשֶׁת אַבְרָהָם uxor Abraham.

